...nus. dicit

munus sobrietatis castae censurae qui moribus exemplo suae con
uersationes insinuet. Sit prouidus adcooperator
ordinis nostri et luceat in eo totius formae iusti
tiae ut bonam rationem dispensationis sibi creditae
redditurus aeternae beatitudinis praemia conse
quatur. Per. CONSUMMATIO PRBT.
Sit nobis fratres communis oratio ut hi qui in ad
iutorium et utilitatem uestrae salutis eliguntur pres
biteratus benedictionem diuini indulgentia
muneris consequantur; ut sancti spiritus sacerdota
lia dona priuilegio uirtutum ne impar loco
deprehendantur obtineant. Per. ITEM BENED.
Deus sanctificationum omnium auctor cuius uera
consecratio plena benedictio est tu domine super
hunc famulum tuum ill. quem presbiterii honore dedicamus
manum tuae benedictionis infunde; ut grauita
te actionum et censura uiuendi probet se esse seniorem
ut his instructus disciplinis quas Tito et Timo
theo Paulus exposuit; ut in lege tua die ac nocte